

7. Das Amt des Secretus ad cabellam.

a. Verpackung der Sekretien nach einem Schreiben vom 2. August 1276;
RA. n. 23 (Baldwin I 1275 B) fol. 122^b.

Am Rande: Super locationibus secretiarum regni. Darunter: De curia.

Scriptum est Karolo primogenito suo etc. a feto citra etc. Cum tempus
instat, quo secretiarum regni officia, videlicet secretie Sicilie, Cala-
bie, Apulie, Principatus, Terre Laboris et Afrucii, vendi et concedi de-
beant pro parte nostre curie ad cabellam pro anno primo future quin-
te indictionis emere sponte volentibus quibuscumque cum illis videli-
cet iuribus redditibus et proventus pactis et condicionibus, quibus an-
no presentis quarte indictionis fuerunt vendita ad cabellam, ita
tamen quod non vendantur minori precio quam anno presenti fue-
runt vendita et concessa, et credamus, quod propter pacem et concor-
diam habita inter nos et comune Saracenis iuribus redditibus et proventus
ipsarum secretiarum multo magis vendi et valere debeant pro pre-
dicto futuro anno quarte indictionis, quam anno presenti vendita exte-
rerunt, presencium tibi tenore precipimus, quatinus, habito cum ve-
nerabili viro magistro Nicolao Buccelli etc. Johanne de Alneto
etc. et Socolino de Albarra etc., qui in huiusmodi venditionibus
satis est utilis necessarius et instructus, dilectis etc. in consilium per
nostram excellenciam tibi datus, et habito cum eisdem provida consi-
deracione et consilio diligenti, in quantum secretie ipse propter pa-
cem huiusmodi possint et debeant augmentari et etiam plus va-
lere, vocatisque coram te per litteras sub sigillo capitane viris
fidelibus quibuscumque, de quorum sufficiencia curia nostra per
sufficientem et ydoneam fideiussionem exhibendam per eos fieri va-
leat plene certa, tantum ab ipsorum singulis de qualibet ipsarum
secretiarum petere debeas, quantum propter pacem huiusmodi que-
libet ipsarum valere fuerit estimata. ac secretis eisdem per terras
famosas publice banno expositis et servatis sollempnitatibus,
que in locacionibus secretiarum et iurium curie consueverunt
hactenus pro parte nostre curie observari, ipsarum secretiarum ven-

146

146 Reg. Secretis